



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XIV. De regno Corsicae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT XIV.

DE REGNO CORSICAE.

CORSICA Insula maris Ligustici, Regio titulo illustris spectat ad Rempub. Genuensem. Iuxta Philippum Ferrarium, in Notis ad Martyrologium Romanum, sunt in ea hodie sedes quinque Episcopales, *Mariana, Aleria, Nebium, Sagona & Adiacium*, omnes solo æquatae, præter Adiacium. Præfectus insulæ residet Bastiæ, quæ vrbs munita egregiè est; vt & fanum S. Florentij, Caluia, & Bonifacium. Ita Ferrarius. Alij dicunt hodie sex Episcopos in Corsica numerari, Marianensem, Nebiensem, & Acciensè, qui Archiepiscopo Genuensi; Aleriensem, Sagonensem & Adiaciensem, qui Archiepiscopo Pisano sunt suffraganei. Vtramque opinionem facile est conciliare: eò quòd Acciensis sedes, à Ferrario omissa, sit vnita cum Marianensi: vt vir eruditus me monuit.

CAPVT XV.

DE MELITA INSVLA.

MELITA, insula maris Siculi, naufragio D. Pauli nota, sedes est E-

C 5

qui-